



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

§. IV. Observanda erga Inferiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

dato hilarem fac vultum; hilarem quippe datorem non DEUM tantum, sed & homines diligunt.

Erga Hæreticos.

Affidua Oratio,

Vt vera lux luceat. a.

Manfueta conversatio,

Vt durum cor mollescat. b.

Percauta disputatio,

Vt Fides non vilescat. c.

a. Quia nemo venit ad Christum, nisi Pater cælestis miserit eum. Jo. 6. *b.* Juxta consilium S. Pauli Galat. 6. *Fratres, si praoccupatus fuerit homo in aliquo delicto (quale utique vel maxime est Hæresis) vos, qui Spirituales estis, huiusmodi instruite in Spiritu lenitatis. c.* Quia, teste S. Gregorio l. 5. mor. c. 11. *miscant recta perverfis, ut ostendendo bona Auditorores ad sepeverabant, & exhibendo mala latentis peccata corrumpant.*

Erga Defunctos.

Creberrima recordatio

Propter gratia societatem. a.

Tenerrima commiseratio

Propter pœna acerbitatem. b.

Celerrima subventio

Propter auxilij necessitatem. c.

a. Hinc ad Sacerdotes præcipue clamant! *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Job. 19. *b.* Quia, teste S. Augustino in Psal. 37. *ignis ille, etsi non sit æternus, miro tamen modo gravis est, luperatque omnem pœnam, quam homo unquam passus est in hac vita, vel pati potest. c.* Si enim, dum cadit Atrox, omnes eum sublevare festinant: & dum porcus cadit, omnes alii porci accurrunt, an non, dum clamat inter tormenta Fidelis, celerius subveniendum erit? S. August. l. 44. ad FF. in Brevo.

§. IV.

Observanda erga Inferiores.

ERGA

ERGA PAROCHIANOS.

Amor universalis

Propter causa similitudinem. a.

Zelus prudens

Propter officii amplitudinem. b.

Vita exemplaris c.

Propter suasionis aptitudinem. d.

a. Juxta illud S. Jacobi c. 2. Nolite in Personarum acceptione habere fidem Domini nostri IESU Christi gloria. b. Quia Sacerdos est fidelis ille servus & prudens, quem Dominus super familiam suam constituit. Matth. 24. c. Ut ad imitationem Magistri sui incipiat facere & docere. d. Quia illa vox libentius Auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat, quia, quod loquendo imperat, ostendendo adiuvat, ut fiat. Ut bene S. Gregor. in Pastor. p. 2. c. 3. dixit.

Erga Domesticos.

Impera discretè negotium

Propter infirmitatem. a.

Exige mansuetè supplicium

Propter charitatem. b.

Redde fideliter primum

Propter aequitatem. c.

a. Quia, ut sapienter quidam dixit, mortalium vires ut plurimum debiles fervoris & laboris excessu franguntur, exilium continuatione roborantur. b. Nam, ut S. Prosper l. 2. de vit. contempl. ait, Leviter castigatus exhibet reverentiam castiganti, asperitate autem & increpatione nimia offensus, neque increpationem recipit, nec salutem. c. Quia dignus est Operarius mercede sua. 1. Tit. 5.

§. V.

Observanda erga seipsum.

Erga suam Personam.

Cura Oeconomiae sobria

Propter maiorem adificationem. a.

Cura